

Franckesche Stiftungen zu Halle

Disputatio Secvnda Eaue Periodica Sacra Scriptvra

Dieterich, Martin

Francofvrti Ad Viadrvm, [1745?]

VD18 13450646

Cap. III. De Sanctitate verbi divini.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-201487



lingua, idem calamus. Obstupefcimus, quando in memoriam nobis revocamus, scriptores tam multos, ingenio, educatione, moribus diffimillimos, quosdam etiam locorum ac temporum intervallis longiffime fejunctos, in materia tam ardua tamque fublimi, ad verum Dei cultum et aeternam hominum falutem fpectante, in unam fententiam egregie confpiraffe, non aliter ac fi in uno conclavi congregati de rebus fcribendis confultaffent. Atque hac ratione adducti ad confenfum illum aliquoties provocarunt Apoftoli N. T. neque Berrhoenfibus vitio datum eft, quod quotidie fcrutarentur, num ea, quae Paulus edifferuerat, V. T. libris refponderent Aët. XVII-10, 11. Videntur quidem, quod ingenue fatemur, loca nonnulla fcripturae adverfum fibi tenere: verum apparentem illam contradictionem, vel ex linguarum avthenticarum ignoratione, vel fomnolenta fcopi, quem viri fancti ob oculos habuerunt, obfervatione, vel ingeniorum humanorum petulantia atque malitia promanare, intelligitur. Et circumfpecti facrorum voluminum lectores facile deprehendent, fictas illas oppofitiones in rebus potiffimum hiftoricis, chronologicis et genealogicis, iisque, quae ad conftituendum fidei fundamentum minus directe pertinent, fcrupulofe et anxie conquiri. Qua quidem de caufa ab Apoftolo ferio monitus eft Timotheus, ne fabulas attendat et genealogias infinitas. I. Tim. IV-4. Imo vero etiam antilogiae iftae, ut videntur, partim piorum atque eruditorum interpretum et commentatorum induftria feliciter conciliatae funt, partim in pofterum Dei gratia, quod fperare fas eft, magis magisque enodabuntur.

CAP. III.

De Sanctitate verbi divini.

B

§. I.

§. I.

Si qua ratione Deus voluntatem suam de salute hominum manifestavit, cujus necessitatem in praesenti vitae statu in disp. de natura et indole Theologiae revelatae §. 4. Cap. I. evicimus: eam eo tendere oportere *fatendum est, ut a peccatorum sordibus mundati in sanctitate et justitia Deo serviamus.* Jam omnia cultus divini genera, quae in toto terrarum orbe vigent, intueamur: et statim patebit, cuinam laus illa competat. Quid *religione gentilium* crudelius, obscenius, vanius? Tradunt Poetae, Hesiodus, Ovidius, alii Deorum concubitus, adulteria, furta, transmutationes, vincula, pugnas, et quae sunt praeterea istius furfuris. Idolis dicati dies ejusmodi ludis consumeantur, quibus interesse religioni sibi duxit Cato severus. Quos autem Deos illi coluerunt? Nempe quos homines in terris olim fuisse perspectum habebant. Imo ad brutorum animantium, quadrupedum, volatilium et serpentum adorationem se projecerunt, omnem spei et salutis ancoram in illis collocantes. Quid quod soli et lunae, et reliquis coeli sideribus, herbis et plantis, ligno, lapidi, auro argentoque, affabre ad hominis similitudinem efficto elaboratoque, cultum soli divinae majestati debitum exhibuerunt. Salse superstitionem hanc perstringit Juvenalis Satyra XV.

O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis

Numina. Idem loco citato pergit:

Quis nescit Volusi Bitbynice, qualia demens

Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat.

Et deinceps canit:

Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Quando autem tam nefandae dementiae reas facimus gentes, illud omnino monendum videtur, et alias prae aliis caligasse, et sapi-

et sapientiores unum tantum Deum agnovisse, vulgus vero, licet πολυθεΐτητα admitteret, unum tamen supremum Deum plerumque veneratum esse. Proclus in comment. in Timaeum lib. IV. p. 286. scribit: τὴν πρωτίστην ἀρχὴν πᾶσαι θρησκείαι καὶ αἱρέσεις συγχωρεῖσιν εἶναι, καὶ θεὸν πάντες ἄνθρωποι καλεῖσθαι βοηθόν, θεὸς δὲ εἶναι μετ' αὐτὴν καὶ πρόνοιαν ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ παντί & πᾶσαι πιστεύουσι. Plinius hist. nat. lib. II. Cap. VII. ita scribit: *quapropter effigiem Dei formamque quaerere, imbecillitatis humanae reor.* Atque iste prodigiosus stupor idololatrarum graphice notatur et depingitur Pl. CXV. Es. XLIII. Sap. XIII. v. 14. Ficti et commentitii Dii hominum sanguine expiabantur, quam detestabilem consuetudinem neque Graecorum eruditio, neque Romanorum leges abolere potuerunt.

§. II. *Forſitan Muhammedes altius adſcendit,* et ſaniores vitae regulas praefcripſit? Minime vero. Dogmata ejus ſunt abſona, ridicula, impia et ad carnis libidinem compoſita. Ut inſtitutum perſequeretur felicius, conceptamque doctrinam diſſeminaret latius, quae creditu fuerant difficilia, et in ſuperiorum ſaeculorum controverſiis poſita, impoſtor ille ſcleratiffimus ſubdole praetermiſit. Ut Judaeos ad ſocietatem novae religionis pertraheret, circumciſionis ritum, per Chriſtum et Apoſtolos abrogatum, in uſum revocandum cenſuit. Ut Judaeis et Arianis officiis ſuas probaret, myſterium Sacroſanctae Trinitatis in illorum gratiam expunxit, et Jeſum ſolius Mariae, non Dei filium habendum eſſe contendit. Veruntamen ne forte, ſi omnem laudem derogaret, Chriſtianorum animos a ſyſtemate ſuo abalienaret, Prophetam ipſum ſummum celebrat, qui vim ac virtutem prae reliquis a Deo acceperit. Et ut hominum profanorum, vitae diſſolutiori adſuetorum, applauſum aucuparetur, non pauca admiscuit, quae hominibus

ad libidinem aliaque vitia propensis allubescunt. Veteris Testamenti exempla causatus polygamiam permittit, ut quas et quot visum sit uxores ducere liceat, easdemque cum placuerit, dato repudii libello a se rursus dimittere. *Egidius Hunnius de maiestate scripturae* l. p. 57. ff. Nec est, quod *philosophia*, solis naturae viribus acquisita, singularis sanctitatis praerogativam sibi vindicet. Nam homo sibi relictus multa quidem officia, quia ex divina essentia et humana natura fluunt, perspicit: verum imbecillitatis suae conscius in iustitiae via pedem promovere nequit, ut videat probetque meliora, deteriora autem sequatur.

§. III. Sola itaque *religio Christiana*, cujus fundamentum dogmaticum agnoscimus S. Scripturam, perfectissime omnium docet, Deum in Spiritu et veritate colendum esse, et propterea rationalis vocatur. Rom. XII-1. quae non dependeat a solo Dei arbitrio, sed a divinae aequae ac humanae naturae per se consideratae convenientia, sicuti Paulus scribit: quae vera sunt, quae gravia, quae iusta, quae casta, quae amabilia, quae boni nominis, si qua virtus, et si qua laus est, ea cogitate. Phil. IV-8. Negari quidem non potest, cultum Leviticum, qui itidem verbo divino innititur, multum a sacris Christianorum differre: verum si genuinam religionis indolem expendimus, sororio vinculo cum Christiano continetur, quod in concilio Hierosolymitano mascule testatur Petrus: nos, inquit, per Domini Jesu Christi gratiam servari credimus, quemadmodum et illi. Act. XV-11. et Paulus dicit: Jesus Christus et heri, et hodie, et idem est in sempiternum. Hebr. XIII. v. 8. Generatim profecto in praestandis officiis erga Deum, nosmet ipsos aliosque homines nulla prorsus facta est mutatio. Atque adeo nullibi exactius et plenius quam in
sacra